ꝓtectione gaudere. Per eūdē
Ep'la ad philippenſes .ij. cap.
FRatres: Chriſtus fact⁹ eſt pro nobis obediens vſq₃ ad mortem: morté autē crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illum: ꝛ donauit illi nomen qđ eſt ſuper omne nomen: vt in nomine ieſu omne genu flectatur: celeſtiū: terreſtriū: ꝛ infernoꝝ: ꝛ omnis lingua confiteať: quia dñs ieſus chriſt⁹ in gloria eſt dei patris
Grad. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq₃ ad mortē mortem autem crucis. ℣ Propter qđ ꝛ deus exaltauit illum: ꝛ dedit illi nomē qđ eſt ſup omne nomen. All'a. ℣ Dulce lignū dulces clauos: dulcia ferēs pondera: que ſola fuiſti digna ſuſtinere regē celoꝝ ꝛ dñm. All'a. ℣ Dicite in gētibus: q: dñs regnauit a ligno. Sc'dm matth. xx. c.
IN illo tēpore Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ꝛ ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymā: ꝛ filius hominis tradeť principibus ſacerdotum ꝛ ſcribis ꝛ condēnabunt eū morte. Et tradent eum gentibus ad illudendū ꝛ flagellandū: ꝛ crucifigendū: ꝛ tertia die reſurget.
Offer. Protege dñe plebē tuā per ſignū ſancte crucis ab omnibus inſidijs inimicoꝝ omniū vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem: ꝛ acceptabile fiat ſacrificium noſtrum all'a. Secreta.
HEc oblatio nos q̄s dñe ab omnibus purget offenſis: que in ara crucis immolata: etiam totius mundi tulit offenſaꝫ. per. Co'io. Per ſignū crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter. Poſtcom.
ADeſto nobis dñe deus noſter: et quos ſancte crucis letari facis honore: ei⁹ quoq₃ perpetuis defende ſubſidijs. per. Miſſa in comemoratione beate virginis marie ab aduētu vſq₃ ad natiuitatē.
ROrate Introitus celi deſuper: ꝛ nubes pluant iuſtū: aperiať terra et germinet ſaluatorem. ℣ Et iuſticia oriatur ſimul ego dñs creaui eū. ℣ Gl'ia
DEus qui de beate marie virginis vtero Oro. verbum tuum angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem dei credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eūdem. Epiſtola. Locutus eſt dominus ad achaz. Require in feria quarta quattuor temporū de aduentu. Gra. Tollite